

Miscellanea

Un document délivré par le grand pénitencier d'Avignon à l'Ordre de Prémontré en 1351.

Les archives archiépiscopales de Malines, — la métropole ecclésiastique de la Belgique, — possèdent un cartulaire de la fin du xv^e siècle provenant de l'ancienne abbaye des Prémontrés de Ninove, en Flandre orientale. Le volume est écrit sur parchemin par un scribe, Marc Annart, — un chanoine de Ninove ? — qui déclare avoir achevé ses transcriptions en 1498. L'ensemble comprend 248 feuillets, dont les derniers sont couverts par la copie de deux catalogues des maisons de l'Ordre, dressés, assure-t-on, au xiii^e siècle ¹⁾.

Sur les folios 176^{vo}-178 figure la copie d'un document, daté du 12 septembre 1351. Il est délivré par le grand pénitencier de la curie pontificale résidant alors à Avignon, le cardinal Etienne Aubert, devenu dans la suite le pape Innocent VI. C'est une confirmation, sollicitée par l'abbé de Prémontré et les autorités de la congrégation, des privilèges ou des indulgences accordés jadis par des papes, des évêques, voire par la congrégation elle-même, aux fidèles qui fréquentaient les églises affiliées à celle de l'abbaye-mère ²⁾.

Le document fait allusion à quelques particularités curieuses de l'histoire de l'Ordre. On y signale le nombre imposant, — certainement excessif, — des abbayes, prévôtés, évêchés et communautés féminines qui relevaient de sa juridiction ³⁾. Y est recensée la fameuse apparition de la Vierge à saint Norbert, pour le convaincre de demander au Saint-Siège la reconnaissance officielle de

¹⁾ A propos du cartulaire de Ninove, voir R. VAN WAEFELGHEM, *Répertoire des sources imprimées et manuscrites relatives à l'histoire et à la liturgie des monastères de l'ordre de Prémontré*, pp. 170 et sv. Bruxelles, 1930.

²⁾ Sur Etienne Aubert, cardinal du titre des saints Jean et Paul depuis 1342, puis, après la mort de Clément VI, élu comme souverain pontife sous le nom d'Innocent VI, voir G. MOLLAT, *Les papes d'Avignon*, pp. 90-101. Paris, 1912.

³⁾ Les catalogues des monastères prémontrés ont été étudiés par N. BACKMUND, *Monasticon Praemonstratense*, t. I, pp. 17 et sv. Straubing, 1949.

la congrégation canoniale fondée par lui, en indiquant l'endroit où devait être ouverte la première maison ⁴⁾.

Bien qu'il faille se montrer défiant face à certaines affirmations, suggérées au grand pénitencier et bénévolement avalisées par lui, l'ensemble du document ne manque pas d'intérêt. Outre les faveurs spirituelles, — parmi lesquelles celles accordées par le grand pénitencier lui-même, — qui y sont consignées, on y trouve, à notre connaissance, le plus ancien témoignage de la protection mariale qui aurait illustré l'histoire des origines de Prémontré. A ce titre, il méritait d'être publié intégralement.

Pl. LEFÈVRE, O. Praem.

Stephanus, miseratione divina, tituli Sanctorum Johannis & Pauli presbyteri cardinalis, universis & singulis Xristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, & specialiter tam archiepiscopis quam episcopis ac abbatibus, prepositis & prioribus ordinis Premonstratensis, salutem in Domino. Quoniam summus pontifex de solita benignitate personas ecclesiasticas, in humilitatis spiritu sub regulari observantia Domino famulantes, ut quietius ipsi Deo servire valeant, indulta per suos predecessores, summos pontifices, privilegia consuevit, prout eis fore conspicit oportuna, confirmationis sue munimen roborare; quare dilecti Ecclesie filii, abbas Premonstratensis & ceteri de Ordine prefato abbates, prepositi & conventus monasteriorum nobis intime supplicarunt quatinus, auscultato & perlecto domini pape registro, prout in eodem nobis occurreretur de initio & confirmatione ordinis Premonstratensis antedicti, & aliorum que occurrerunt, per felicis recordationis dominum Paschasium primum, & postmodum per multiplices ejusdem successores confirmatorum, juxta traditam nobis formam ex parte dictorum abbatis Premonstratensis & aliorum abbatum, prepositorum & priorum ejusdem Ordinis, sub sigillo penitentie domini pape, cujus officii curam gerimus, autenticam eisdem scripturam faceremus. Et quia igitur invenimus quod sub anno Domini m^o centesimo decimo nono, sub romano pontifice domino papa Paschasio, ordo Premonstratensis florere cepit in Laudynensi dyocesi a venerabili patre Norberto, Magdeburgensis ecclesie episcopo, qui a beata

⁴⁾ Sur l'apparition de la Vierge à saint Norbert et les variantes de cette tradition, voir G. MADELAINE, *Histoire de saint Norbert, fondateur de l'ordre de Prémontré*, t. II, pp. 200-205. Tongerlo, 1925.

Virgine edoctus ut ipsum Ordinem a predicto apostolico peteret, & post hoc locum ubi caput Ordinis esset sibi eadem gloriosa Virgo demonstravit, unde & ipse ordo Premonstratensis nuncupatus est. Est autem hec summa claustrorum ipsius ordinis Premonstratensis, scilicet mille ccc et xxx canonicorum, & quadraginta sanctimonialium, et ccc et quinquaginta prepositure. Item in predicto Ordine sunt sedecim episcopatus, quorum septem sunt archiepiscopatus, alii novem episcopatus. Unde, provido consilio, supradicti episcopi statuerunt ut omnibus benefactoribus, Ordinis promotoribus & familiaribus, quicumque divino zelo accensi, beneficiis suarum facultatum, sani vel infirmi, elemosinarum suarum subventionibus, consilio & auxilio quocumque modo eundem Ordinem promoverint, vicem ejus rependere volentes, omnibus vere penitentibus & confessis sedecim carenas conferunt & quinque annos criminalium. Insuper de toto Ordine datur eis firmitas, & participes eos facit abbas Premonstratensis omnium bonorum que per totum Ordinem fiunt, & precipue quinque millium missarum que omni die singulis ecclesiis per totum Ordinem complebuntur. Item in singulis ecclesiis dicuntur tres misse speciales, prima pro peccatis, secunda de beata Maria virgine, tertia pro defunctis, in subsidium animarum Ordini commissarum & etiam omnium fidelium defunctorum, quarum omnium, tam vivi quam mortui, participes erunt amici Ordinis speciales. Item in omnibus majoribus festivitatibus in quibus processiones fiunt, & cunctis diebus dominicis, ob reverentiam Domini nostri Jhesu Xristi & gloriose virginis Marie necnon omnium sanctorum, omnibus fidelibus, easdem processiones sequentibus in quocumque claustro ipsius Ordinis, dantur ccc dies venialium & centum & quadraginta dies criminalium. Item in quacumque festivitate prelatus ipsius loci missam publice celebraverit, quingenti dies criminalium & quinque anni venialium dantur omnibus ipsam missam audientibus. Quia ergo & hanc indulgentiam ex privilegiis specialibus confirmatam invenimus, presentem paginam sub sigillo penitentie, ut supra provisum est, dignam duximus roborandam. Pensato igitur ipsorum affectu speciali & confidentes de sancte sedis apostolicæ gratia, quatinus & nos omnium bonorum, que in prefatis monasteriis omnibus & singulis Ordinis antedicti operari dignabitur clementia Salvatoris, efficiamur participes, omnibus & singulis Xristi fidelibus vere penitentibus, qui cum debita reverentia, cum corpus Xristi vel sacrum oleum infirmis portatur secuti fuerint, aut qui exequiis & sepulturis mortuorum in prefatis monasteriis interfuerint, & oraverint

pro animabus propriis ac parentibus suorum & omnium fidelium defunctorum, confidenter & pro salute infirmi, auctoritate qua fungimur, de omnipotentis Dei misericordia confisi, XL^a dies de injuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Avinioni II^o idus septembris, pontificatus domini Clementis pape sexti anno decimo, nostri officii sub sigillo.

Inquisitiones in "Vitam" B. Hermannii Ioseph (II).

In *An. Praem.*, XXXIV, 1958, pp. 106-110, proposuimus praecipuas ideas a Prof. Hegel expositas in articulo edito in periodico *Trierer Theologischer Zeitschrift*, LXVI, 1957, pp. 298-311: *Die geistige und religiöse Welt einer Eifel-Abtei im Hochmittelalter*.

L. c., p. 106, monuimus sac. Koch anno 1941 in facultate Theologiae Universitatis Bonnensis ornatum fuisse doctoratu S. Theologiae, conscripta dissertatione de « Vita » Hermannii Ioseph. Auctor dissertationis, H. KOCH, e vivis ereptus est die 2 Martii 1945. Dissertatio autem ab ipso conscripta, nonnihil aucta et notis ornata, nunc edita est curis Prof. Dr. E. HEGEL, prof. in Universitate Monasteriensi.

In serie « Colonia Sacra », nr. 3 hunc titulum prae se fert: Karl KOCH - Eduard HEGEL, *Die Vita des Prämonstratensers Hermann Joseph von Steinfeld*, pp. 130. Verlag: Balduin Pieck, Köln. Pr.: 9,50 Mk.

Dum Hermannus Ioseph his in terris viveret, celebritatem specialem obtinuisse non videtur. Unicus fons e quo eventus vitae eius haurire possumus, est « Vita » eius. Prima quaestio quae de hac re poni potest, est ista: Qualis est valor stricte historicus huius « Vitae »? Primum caput dissertationis (pp. 11-66) huic quaestioni enucleandae reservatur. Indicatis antiquis manuscriptis « Vitae », eius contentum indicatur. « Vita » continet duas partes apprime distinctas. Secunda pars « Vitae » confecta est ante primam. Secunda pars, seu alter tractatus brevior est priore. Duae hae partes compositae sunt aetate diversa. Auctor intendit lectores suos aedificare: « puto hoc quoque auditorum aedificationi aliquid profuturum ». Immo videtur canonizationem Hermannii fovere velle: « Ad laudem nominis tui, laudabilis Iesu Christe,... praesentem schedulam de tanto numero miraculorum, quae per merita servi tui fratris